MONUMENTA GERMANIAE.

suos persequi et omnino, qui se gracie sue redde-
re nolebant exterminabat. Tandem Erffordenses
~~quia~~ impedivit, quia pater ipsius Albertus multa iura
insidicciones et theolonia contra filiorum
suorum voluntatem ipsis Erffordensibus
donavit seu obligavit, quecum Fredericus
missn Thuringie lantgravius et marchio Misnensis
~~Misn~~ ab eisdem vendicaret et repeteret, ipsi de pecunia
et de potencia sua gloriantes sibi eorum, que
possiderent, non posse nec velle restitue-
re asserebant. Quapropter Erffordenses de
pecunia sua confisi comitem de Orlamun-
7 in auxilium sub communi tributo de et Wymar Hermannum sibi conduxerunt
qua de causa lantgravius Fredericus castrum
suum optimum Orlamunde et castrum
madela Wymar, Madela, Vipech obsedit atque vic-
toriali gloria contra suum inimicum cas-
expugn. trum Orlamunde et Wymar expugnavit
et optinuit regnoque Thuringie adiunxit
usque in hodiernum diem. Persenciens autem
Hermannus potenciam tanti principis
sufferre non posse provolutis pedibus et pro-
stratus graciam principis humiliter im-
petravit, quod si non fecisset, quasi exul et
peregrinus de terra Thuringie propulsus
fuisset. Tandem dicto comite de Orlamunde
reconciliato ~~reconciliato~~, compulsus fuit Erffordenses,
quorum prius adiutor exstiterat, diffidare.
+ f. CCLXXa. Congregavit + itaque Fredericus lantgravius
et marchio exercitum copiosum valde adiuto-
rio multorum principum, comitum et baro-
num Erffordiam obsedit, multo tempore eis-
dem stratas publicas concludendo, terras et villas
eorum devastando in tantum eosdem compulit,
ut omnia et universa, que Albertus pater ipsius
iniuste in odium filiorum ipsis dederat vel vendide-
rat restituerunt atque amiciciam suam decem milibus